



# MUSSOL

et coronavirus






Iam pridem Mussol uniuersos de coronaviro loqui tantum audit.  
Parum territus est et multa sibi interrogat.



**Id primum quaeritur: Quid virus est?**

**Virus quidam microbius est nec animatus quidem.  
Corpus est cui animalis aut hominis cellulas  
vitiare ad se multiplicandum opus est.**




**Et quas cellulas coronavirüs uitiat?**

**Placet huic viro in epithelii respirantis cellulas intrare,**

**id est cellulas quae respirantes vias tegunt.**


**Ductus sunt qua aer e naso aut ore ad pulmones peruenit.**



Ita efficitur ut tussias?


Certe! Cum virus se multiplicat, vias respirantes  
exasperat et tussiendi desiderium habemus.

Dum tussimus virus se euadit, intra paruissimas guttas  
iter facit et, dum respirant, alios homines vitiare potest.




**Et cur homines febrem habent?**

**Viri calorem sentiunt. Humani corporis cellulae, cum virum  
continere percipiunt, in cerebrum citocinas mittunt.  
Corpuscula sunt quae corpori dicunt eum  
temperaturam suam augere ad viros necare conandos.**




Quod mirum nomen! Cur ita appellant?

Cum virum in electronico microscopio inspicimus,  
formam similem coronae is habet. Est enim huius viri  
pars spiculae formam habens, proteina S, quae ei hanc faciem dat.  
Clavis ipsa est quam virus habet ut in nostras cellulas intret.



Quae nominum confusio: **Coronavirus, SARS-CoV-2, COVID-19!**


Coronavirus nomen est familiae virorum qui similem naturam habent.  
Alii coronaviri MERS-CoV aut SARS-CoV sunt,  
qui minores pestes iam pridem efficerunt.



Quid **COVID-19** significat?

Hoc est nomen quod medici morbo propter coronavirum effecto dederunt. Ex Anglica lingua "**Corona Virus Infectious Disease 2019**" quod significat:

pestifer morbus propter anni 2019 coronavirum effectus,  
quod ipse annus est ubi primum huius viri effecta sunt reperta.



Salve, mihi nomen  
SARS-CoV-2 est!




Et func quid **SARS-CoV-2** est?

Ipse viri nomen est. Acronymum est quoque anglice:

**"Severe Acute Respiratory Syndrome"**

quod acer grauisque morbus respirans significat.

**CoV Coronae Viri breuiatio est et numerus 2 e simile**  
**coronaviro (SARS-CoV) extremo anno 2002 iam descripto.**



**Et unde is coronaviruſ nunc surrexit?**

**Scientiae periti virum studuerunt et eum valde similem  
esse coronaviro quem uestertiliones habent repperunt.**

**Nunc ut traduxit in homines exquirunt, probabiliter  
per alium animal a uestertilionibus infectum.**


**Videtur id fieri in Sinae urbe Wuhan uocata.**



Et homines quomodo inficiuntur?

Cum aliquis iam antea vitiatum iuxta te tussit et in te respirantem  
iacit paruissimas guttas virum continentes. Etiam per fomites.

Qua de causa quotiens tussis interest os papyri panno  
aut interiore cubiti parte operire,  
nec manibus ne virus magis dispergatur.




Fomites? Quae sunt fomites?

Fomites res sunt supra quas paruae guttae incidunt.  
Ibi virus impiger contagiosusque manet. Quibus tactis,  
virus in tuam manum transire potest. Si postea os, oculos aut  
nasum tangis (quoque intra nasum),  
tum virus in corpus intrare potest et tibi uitiare.



Vbi sunt omnes?




Et quomodo ne vitiamur vitare possumus?

Certissima cautio est inclusio. Id est domi manere. An facile est?

Si domo non eximus, neminem vitiatum  
inveniemus nec fomites supra quos viri forte sunt tangemus.


Sic non vitiemur et maxime, si nos virum  
antea sumpsimus, neminem vitiare poterimus.



Sed quae res fomites esse possunt?

Res enim a multis tactae.


Nummi, scalarum ansae, ianuarum aut ferriuiae  
metropolitanae aut publici currus manubrii, etiam uestes.



**Cur manus nobis lauandas esse dicitur?**

**Si rem aliquam supra quam virus est tetigisti, is in manu tibi erit.**

**Sapo ad virum necandum quoque prodest. Saponis corpuscula viros ita frangunt ut iam uitiari non poteris si uultum inuitus tangis.**



**Prodestne ad rem aliquam induere paruam personam?**

**Papyri personae (chirurgicae) ad viri dispersionem  
impediendam iuuare possunt. Induere paruas unius usus  
personas commendabile est si nobis COVID-19 indicia sunt.**

**Sanitatis ministri cautionis (cum cribro) paruas  
personas induere debent dum cum aegrotis laborant.**

**Si indicia nobis non sunt, paruas personas non effundere melius est!**



**Et ad multum diem domi clausi quid agere possumus?**

**Ingenio utiri. Libros legere, pellicularum series uidere,  
delineare, manuum opera facere aut cum parentibus dum uacant  
multo ludere. Sed aui uisendi nobis non sunt quod  
coronauiro eis uitiare forte possumus.  
An per telephonium colloquia habemus?**



**Estne is morbus grauissimus, COVID-19?**


**Licet tranquillos esse! Morbus viro effectus  
nimis gravis non est, plerique homines  
paucum febris tussisque tantum habent. Etiam etsi uitiareris  
forte nullum indicium sentires, maxime apud pueris puellisque.**



Cur igitur tantus subitus pauor?


Quaestio est aliquos esse quibus virus morbum grauiorem etiamque mortem efficere possit. Id quoque evenit aliis viris ut influenzaviris A et B, sed cum coronaviro saepius.

Senes aut homines antea aliter aegrotantes ad respirandum difficultates habere possunt et in valetudinario esse debent quod moriri possunt.




An sunt senes qui domi morari debent?

Non, nos omnes ibi morari oportet quod locum non  
est in valetudinariis ad plurimos homines curandos.  
Ergo quot plures domi morabuntur tot pauciores uitientur itaque  
locum in valetudinariis inter omnes damus eis quibus opus est.




**Et possuntne domestica animalia vitiari?**

**COVID-19 zoonosis est. Id est morbus quem homines animaliaque quaedam inter se partiuntur. In praesenti exquiritur quae eorum nos vitiare possimus ac possintne ipsa in alios homines morbum traducere. Non canes, at feles virum forte habere uidetur. Feles saltem ut fomites agere certum est si quis vitiatus eos tangit aut in eos tussit.**



Et curam non habet? Possimusne antibiotica sumere?  
Antibiotica non ad viros curandos, bacteria tantum.  
Scientiae periti alia medicamenta aduersus  
viro (antivirales) quotidie exquirunt,  
sed adhuc satis efficaces non sunt ad hunc coronavirum sanandum.




**Et possumusne vaccina nobis administrare?**

**Certe, scientiae periti ad vaccinum creandum  
laborant quod coronavirum impedire iuvet.**

**Tempus autem opus est.**


**Vaccina laboriosa sunt faciendi et is est nouus virus!**



Sed quid vaccinum est? Quomodo agit?

Cum microbium in corpus intrat, immunitarii  
systemae cellulae anticorpora fabricantur.

Corpuscula sunt quae cellulis, quae microbia necant,  
ut lymphocyti, prosunt ad viros agnoscendos et delendos.



Vaccina decipiendi corporis modus ut id aduersus partem aut cunctum etiam virum anticorpora fabricetur, sed iners (morbum non efficit). Ita, cum virus vero intrat, lymphocyti eum statim agnoscunt et delent priusquam aegroti eveniamus.




Mussol pestem nunquam vixerat, morbus qui in totius terrarum orbis homines incidit! iam paulo magis intellegit et tranquillior est.

**Oportet exspectare id quod medici scientiaeque periti dicant.**

**Multam patientiam habere quod longe abest ut hoc finiat.**

**Certus est tamen nos omnes uictores discessuros esse!**



Ab Enric Vidal Barba delineato ([↗ @vidal\\_enric](#)) inclusio Barcinone, aprilis mense 2020.  
Cooperantibus Júlia Vergara-Alert ([↗ @vergaralert](#))  
et Xavier Abad Morejón de Girón ([↗ @xavierabadMdG](#)), exquirentes in IRTA-CReSA.  
In latinum vertit: JGP e Escola BetàniaPatmos.

Twitter [↗](#) et Instagram [↗](#) @mussoloficial retes ad plurem percontationem  
nouitatesque sequitor.

Et aliquid si dubitatis, in officialibus mediis maxime quaeritote.  
Mussol sanitarias auctoritates locales consulere tibi commendit.

Dicatus Eloi, Quim, Carla et Gina Vidal etiamque Carla et Oriol Bernardo.